

Pro supplendo spatium sequens non inelegans Carmen ab interitu vindicatur.

Titulus ita se habuit.

Inclytæ Urbi Bremæ, Senatui & Civibus, Virginibus etiam (unius Veneratione & cultu) universis.

Virgineæ insuper Majestatis Angliæ Illustribus Magnificis & Generosissimis Legatis, cæterisque amicis omnibus Anglis & aliis

HUGO HOLLANDUS *Generosus*
Valedico.

Angliolam septem clausam extra climata cœli,
Classe per undisonas mox abiturus aquas :

Æternum *Fabiana* Tibi precor ante salutem,

Nunquam post oculis fortè viderenda meis.

Tam procul à nostris loca sunt tua diffusa terris

Viribus Arctoi syderis usta poli :

Ut pede nec sicco, aut siccis adeantur ocellis ;

(Nam quis habet durum, sicut ab ære, finum ?)

Sic terrent resonantia portenta natantia ponto, &

Jurgia clamosi vix toleranda freti.

Sternatur placidâ quamvis tibi littus arenâ,

Et pateat statio navibus apta satis.

Ah quoties istum damnavi è pectore portum !

Principium nostri prodiit unde mali.

Quando sub auxilii speciosa fraude ferendi

Subdolos incautos Saxo fugaret avos,

Sunt minus exosi majores Aulida Troës,

Unde rates circum mille dedere salum.

Nunc tamen incipio versis resipiscere votis,

Victus ab officiis *Brema* venusta tuis,

Quæ